

*E. per generationem non transmittunt in  
liberos.*

Resp. Grauerus *A. C. parte 2. Articuli. 2. p.  
60. esse Elenchum secundum quid. Parenti-  
bus enim non simpliciter remittitur pec-  
catum, sed tantum quoad reatum, h. e. con-  
demnationem, non ut non sit, sed ut non  
damnetur & non imputetur. vide pag. 27.*

*9. Quicumque sunt innocentes, non opus ha-  
bent Baptismo:*

*Infantes sunt innocentes:*

*E. Non opus habent baptismo.*

Resp. Infantes dicuntur *innocentes ratione  
adultorum*, ad quorum similitudinem pec-  
catis actualibus non sunt coinquinati, sed  
ratione mali originalis minimè sunt inno-  
centes. *Baldv. Cas- Conf. l. 4. c. 8. cas. 3. p.  
1065. Brochman. Syst. Theol. p. 482. Hütterus  
L. C. p. 348. & in Form. Conc. p. 93.*

Sanè *Psalms 51. nostram originem ac-  
cusat per emphatica planè vocabula:*  
*חוללתני*, quod non ἐνεργητικὴν peccandi volu-  
ptatem, sed παθητικὸν patiendi nascendiq;  
dolorem significat, à חול parturivit. &

יחמתני